Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

subdiuisionibus earum principalium predicatio colligere sic dicitur
in materiis in partibus correspondentibus, eo quod que thema
venit tangere et radire, ideo correspondere debent et in-
telligere, sic de prima parte principali per quem modum deus
est diligendus propter eius creacionem, et quem modum propter
bonitatem, et per quem modum propter eius paternitatem. Sic similiter
modo de secunda et tercia partibus qualiter et quo diligendus
est proximus, quo et qualiter debet fieri favor proximi
et quo et qualiter debet fieri compassio, similiter quo et qualiter
debet fieri opus exhibicionis. Tercia pars principalis cum suis
subdiuisionibus est quod in hiis duobus mandatis tota
lex pendet et prophete. Et hec ostendit et probat tripliciter
primo quia caritas est omnis mali aversio. Secundo omnis
boni exhibicio. Tercio scelus et eterna consolacio et vite
eterne compassio possessio. Et circa istam subdiuisionem terciam
partem predicator circa exprimere debet per quem modum
in hiis duobus mandatis tota lex pendet et prophete
videlicet per mali aversionem et per boni exhibicionem etc.

Item nonus modus conclusionis debet fieri in speciali de qua-
libet parte principali cum suis subdiuisionibus
sic dicendo et concludendo. Karissimi hec fuerunt verba
thematis nostri assumpti ubi dixi quod deus est diligendus
ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente propter illa que
iam vobis dicta sunt videlicet propter eius creacionem propter
eius bonitatem, et propter eius paternitatem. Et dicere debet
et hoc de prima parte principali. Et ibidem facere pausam
antequam deveniat ad secundam partem principalem cum suis
subdiuisionibus. Et hec ideo ut clarior sit distinctio
ad scripturam. Et ut melius concludet transitus de una parte prin-
cipali ad aliam. Et sic predicator debet procedere de parte
ad partem ut materia magis apprehensibilis fiat cum
suis subdiuisionibus. Hic eciam fieri debet in secunda
et tercia partibus principalibus et illa conclusio ostendit fieri
ea que dicta sunt in themate. Hoc est tantum dicere
quod debet sumi illud quod dictum est in prima, in secunda et tercia
partibus principalibus et inferri illud quod dictum est in
themate